



Summa perutilis

Atque aurea venerabilis viri fratris **Donaldi** in utroque iure tam civili: quam canonico fundata. Quoniam scientia omnium facultatum est infinita: necesse est ut numerus librorum sit pene infinitus. **Quotidie enim aliquid noui emergit**: quod tamen mirabile videtur in tam curiosa librariorum conquisitione voluminum cunctarum artium: atque scientiarum. **Nichil ita bonum existit: quo non melius inueniri possit**. Quod nobis manifestum facit ipse egregius iuris utriusque peritissimus frater **Donaldus ordinis beatissimi francisci** cuius opera. scientia. atque diligentia presens summa dictata et compilata extitit: que licet quantitate: seu magnitudine sua ceteras summas non excellat: bonitate tamen sua atque subtilitate non est impar summe domini **Antonini. fratris angeli** atque astensis. cunctisque alijs. procedens ordine alphabetico et quecumque in ceteris non inueniuntur: in hac quae preclarissime elucidantur. **Initium ergo sumpsit tam faustum et perutile opus atque necessarium omnibus veritate iuris edoceri desiderantibus.**

num. 12. cap. & num. 23.

Eum gratis

et privilegio.



Clarendantur Lugduni In vicomerciali per **Petrum Balet** ad intersignium sancti **Yohannis baptiste.**



Coll. Soc. BSV. S. M. P. I. G. U. M.
ex dono P. I. G. U. M.
Bela librorum

Incipit Summa de iure canonico tractans et expediens multas materias secundum ordinem alphabeti.



Quoniam ignoras ignorabitur sicut ait Paulus egregius predicator, et vires iuris ignorantiam que nullum excusat casus necessarios circa

iudicium et consilium animarum in foro penitentie ob ipsorum prolixitates perplexitatem et difficultatem multiplicem in propriis titulis leniter inuenire non possunt papa quod errant grauius in predictis ne ignorare periculose contingat iuris pericias non habentes. Ego frater monaldus minimus inter paruos ad honorem dei et sanctissime matris sue atque beatissimi patris nostri francisci. necnon ad utilitatem simplicium. maxime quosdam casus utiles ab antiquis magistris et doctoribus approbatos sub singulis litteris alphabeti secundum mei paruitatem ingenti copitare studui ordinare. ut simplices quod querunt valeant facilius inuenire. Opiniones itaque antiquorum doctorum et et aliquorum modernorum humiliter prosecutus quamuis plura diuersimode sint ab ipsis notata. que inter se varietatem ostendere videantur. non tamen ausus sum scripta tantorum virorum presumptuose respicere. sed ea licet diuersa circa unam et eandem materiam in presenti opusculo studiosè conscribens dixi hic discretis lectoribus relinquendum nullam opinionem accipiant que ipsis videtur esse magis consona rationi quia non credo posse preiudicium aliquod erga veritatis sententiam ge-

nerari quecumque accipiat ex eis cum quelibet sit a magistris et a probatis doctoribus in scriptis authenticis studiosius annotata. Non ergo miretur aliquis si modus agendi est diuersus in hoc opusculo ab operibus aliorum. quia hoc feci sicut supradictum est. ut simplices sub singulis alphabeti litteris incertis tamen rubricis citius inueniant. quod intendunt qui non possunt sibi casus necessarios in propriis titulis faciliter inuenire. Quare lector mihi precor esto beniuolens et intentionem meam magis quam ipsum modum. agendi si placet attendens si qua utilia forsitan inuenieris. tribuas soli deo. Inutilia vero et inordinate posita caritate fraterna et diligenti sollicitudine corrigas et emendes.

De abbate.



Quod primo agendum est de abbate. ubi agendum est quis possit esse abbas. De potestate abbatis. Quare debeat remoueri. De remuneratione abbatis. Quando possit conueniri et quando non.

Quis possit esse abbas.



Abbas debet esse vel fieri sacerdos. et si non potest fieri. et ad hoc ex culpa sua deuenit remoueat. extra de etate et qualitate. c. i. ubi de hoc in glos. et. s. de electio. cum in cunctis. Si vero ipse impedimentum ex culpa sua non incurrit remaneat in abbacia. extra de clerico egrotan. c. i. et. v. q. de. j. cum percussio. potest tamen de rigore iuris abbas esse dispensatus tantum in minoribus ordinibus constitutis. extra de etate et qualitate. preterea ubi de hoc in glo. q. m. r. c. tu. s.

Item si est canonice electus et censuratus

Privilegiū christianissimi francoꝝ regis sup summā monaldi.



FRANCOYS par la grace de dieu Roy de France. au p^s
uost de paris. ballꝝ de mascon. seneschal de lyon .et a
tous nos autres iusticiers ⁊ officiers ou a leurs lieu
tenāns salut Receu au d^s humble supplicatiō de no
stre bien ayme maistre hugues descoufu docteur en
tous droitz cōtenant que despuyz certain temps en
ca il fest appliqué a additiōer et a metre en droitvng liure nōme Dum
ma iohannis monaldi auquel il a prins grāt cure et sollicitude tāt en
composition que en la correctiō. Et pour estre public a este imprime
par vng libraire nōme pierre ballet demeurant en nostre ville de lyon
⁊ avec plusieurs grās fraiz ⁊ coustemēs tant de la cōposition que cor
rection por quoy nous ces choses cōsiderees et a la supplication et re
queste dudit descoufu suppliant a icelluy auons permis ⁊ octroye per
mettons et outroyōs de grace especialle par ces presentes que ledit
ballet puisse seul faire imprimer led. liure. dessus declare ainsi et se
lon la forme cōposition et correctiō par luy faicte iusques a trois ans
porchairs venans et sans ce que durant lesd. trois ans aultres libai
res quelzcuques que led. ballet puisse autrement imprimer ledit
liure en faisant faire inhibitions et deffences de par nous a tous au
tres libraires quelzcuques sur grans peines a nous a appliquer
et de perdition de ce quilz y metroyent que de dens ledit temps de
troys ans ilz ayent cōme dit est a imprimer ou faire imprimer ledit li
ure selon lad. composition et correction dudit descoufu suppliant
par quoy mandons et cōmandons a tous nos iusticiers officiers et
subiectz que auons cōmis et depute en ce faisant soit obey donne a
cremieu le dixneufuiesme iour de may Lan de grace mil cinq cens et
seize et de nostre regne le deuziesme par le Roy a la relation du con
seil longuet.

